

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5365

Auteur(s) : Guillaume le Français le vieux, de Colomby [particulier]

Bénéficiaire(s) : Coutances (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1264, septembre

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Français le vieux, de la paroisse de Colomby, vend au chapitre de Coutances pour sept livres et cinq sous tournois une rente de sept boisseaux de froment à la Saint-Michel, un pain et une poule à Noël. Cette rente est à prendre sur ses fils Guillaume et Geoffroy pour des terres de Colomby qu'ils tiennent en fief de lui.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 117, p. 242-243.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego, Willelmus le Franceis senior, de parrochia de Columbeio, vendidi et concessi et omnino in perpetuum dimisi canonicis ecclesie Beate Marie Constantiensis pro septem libris et quinque solidis tur. quos propter hoc ab eis recepi, scilicet septem bussellos frumenti ad mensuram de Columbeio annui redditus ad festum sancti Michaelis et unum panem de uno denario et unam gallinam ad Natale ; quem redditum Willelmus et Gaufridus, filii mei, michi debebant et reddebant annuatim de tota terra quam eis feodaveram et tenebant feodaliter de me in predicta parrochia, quinque virgatas vel circiter continente, in septem peciis terre. Quarum una sita est inter terram Willelmi Louvel et inter terras Albini le Lotre et Ricardi le Betre ; et due alie pecie site sunt inter terras dicti Albini ab utroque lateri ; et quarta pecia sita est inter terram Ricardi le Franceiz et inter terram heredis Unfridi Ydel ; et quinta inter terram ejusdem Willelmi et inter terram clausi Nicholai Hommet ; et sexta inter clausum dicti Albini le Loutre et inter terram planam ; et septima pecia sita est inter terram Radulphi le Cronier et inter [...] Brece. Percipiendum et habendum et reddendum in perpetuum decetero annuatim canonicis predictae ecclesie libere, pacifice et quiete, per manus predictorum W[illelmi] et G[aufridi] filiorum meorum et heredum ipsorum quos ad hoc eisdem canonicis attornavi cum homagiis ipsorum et cum omni alio jure quod ego seu heredes mei habere poteramus in predictis septem peciis terre sine aliqua decetero contradictione. Juravi etiam supra sacrosancta evangelia et tenemur ego et heredes mei hec predicta omnino dictis canonicis in perpetuum garantizare et deliberare contra omnes bona fide, vel alibi in proprio hereditagio nostro valore ad valorem eis excambiare teneremur, si forte garantizare non possemus. In cujus rei testimonium perpetuum et munimen presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini gracia millesimo ducentesimo LX^o quarto, mense septembris.